Ceterum, quoniam perspicax pietatis oculi ſi futura rerum momenta proſpicit, plurimū commodare Christianæ Reipublicæ potest; Humaniorum autem litterarum gymnaſia ea ſunt, ad quæ plerique omnes, confluunt (licet denique haud omnes aſcendant ad reliqua disciplinarum ſtudia) idcirco inde petenda occasio eſſet aliqua, ſi non omnium, certe aliquorum adoleſcentum efformando-rum, vt etiamſi ad negocia vel domētica, vel ciuilia, vel bellica digreſſi à Scholis, aſcendunt, ea ſemina conciperent, quæ fructus edere ad Dei gloriā, pro corum captu, & officiis, poſſent. Quām multi enim à Secretis Principiū, vel Legati euadunt, qui ſi optimam ſcribendi rationem intellexerint dum faltem Rhetoricæ operam dant, ſummo deinceps ſue ritu, hauliſſe monita, & cauiones quaf-dam, de quibus mox ſumus diſciri?

Dubium autem non eſt, aliam ſcribendi epiftolas rationem eſſe apud Republicas, aliam apud alios Principes, aut Monarchs; aliam epiftolarū item apud eos, qui clauum Ecclesie tenent: apud Repub. & Nam & populos regendi, ac negocia traſtandi, non eadem ratio eſt; leges autem quibus, Republi- & Monarchiæ quāli vinciuntur, variæ ſunt, quibus aptare lete, quoad eius fieri potest (hoc eft ſalua ſemper conſciencia) debet, iſi cum his ſue horum nomine cū alijs agit. Si ergo Romanæ Republicæ ſtatum at-tendimus, ē Cicero, alijs que, quos ſupra com-memorauimus, exiſſunt argumenta, de eo, quem ferēbant illa tempora, modo ſcribendi.

Cesarum Domina-tio. Sin, quæ conſecuta eſt, Caesarum Domina-tio inſpicitur, adeſt Neronis tempore, Seneca: Traiani autem, Plinius; qui alium ſcriben-di modum exhibent: vt item in publicis ad-miniſtrationibus, Papinius, alijsq. Turifon-fulti, de quibus ſuo loco auctum eſt. At ſi Chi-ſtianos Imperatores, ac Principes, qui varijs faciliſ ſoluere, intueamur, vnicuique ſiuſ ali-quis erat intimus, aut rerum Procurator, aut reliqui, qui munera obibat Imperij, ex quibus tāquam preſtantioribus intelligi poſteſt, quid-quid ad hoc facere poſſit, quemadmodum de Triboniano, & alijs conſtat. Sin ſeculum hoc noſtrum ſcientiarum, & (vt ita dixerim) no-ruorū orbium ferax circumſpicimus, quām multa incurrit in oculos, vnde recte, atque appoſitè, ac mature ſcribi poſſunt, quæ ad v-tramque Rēpublicam ſue humanam, ſeu Diuinam pertinen- Epiftola.

Epiftola. Quæ cur in ſcholis adolescentium non prele-gantur, atque manibus piorum, & eruditio-rum teſtamento reliquerat. Cui eius extre-ma voluntati, cū filij minime ſatisfacerent, hac epiftola Gregorius eos officiij ſui com-monfacit.

E Epiftola. Qui tam ſecundum Octogefimo octauo, idcirco quid eo conſineatur, quid item tanquam au-ctarium adiunctum ſit, Quodnam epiftola RCVS IN LI- & hanc paucis Lector ac-cipiat.

Agit ille, Quid epiftola ſit, Vnde traxerit Epiftola. originem, quo loco Beroſum, quāli legitimum (qui tam ſuppoſitius eft) ſcriptorem citat. Ecquis epiftola vſus, quēnam ars, quē Tullij mē multo auctio-nera. Viri & huius

BEMBI EPI-
ſTOLÆ, quas ille dum à Secretis eſſet Leonis De-
ſtoli Pontiſci Maximi, cū huius nomine, titiſciz.

& huiusmodi quedam. Mox quot genera, que A dicendi copiam, que tradendis preceptis non est necessaria, interim facesat negotium ingenijs eruditis. At cum Topica scripsisset in *Topica*. Græciam Velia nanigans, mira breuitate constrinxit que apud Aristotelem ea de re fusè habentur. Ceterum precepta illa exemplis è Iuriis disciplina illustrans, Trebatio tanquam Iureconsulto gratificatus est, cui ea scribebat.

Partitiones autem, quas inquit è media Academia effloruisse, ostendunt, quantus erat hoc in genere facultatum Cicero, qui vel breuiter, vel copiosè posset de arte dicendi optimè scribere. Cum verò tanquam Asiaticus reprehenderetur ab ijs, qui Atticorum eloquiem faccitat, ac ieunitate sua definiebant, Aeschynis, & Demosthenis nobilissimas, & inter fe-contrarias Orationes in Latinum vertit, vt Deinosthe-nis in Latinum vertit.

TRES libri
de scriben-
dis episto-
lis expeditis
diuinitus) qui nescio adhuc an in lucem ve-
nerint.

R H E T O R I C A

M. T V L L I:

Vbi obiter de Ethniciis, qui antiquitus, & de Christianis, qui rectissime hoc seculo de Arte dicendi scriperunt.

Cap. IX.

Recorum eloquentiam imitatus Cicero, artem quoque dicendi ab ijs mutuatus (quod ipse non diffiteatur) reliquit Mundo Rhetoricos libros, Duos de Inuentione, Topica, Partitiones Oratorias, Brutum siue de Claris Oratoribus, Librum de optimo genere Oratorum, Tres libros de Oratore, Oratorem. Nā quat- tuor ad C. Herennium Quinto Cornificio tri- biunt, quasi indignos grauitate Ciceronis, li- cēt doctē, & Latinē scriptos, & quorum quar- tūs, propter exempla ad rem appositā, & ele- gantia figurarum exempla, magis admiratio- ne, quam reprehensione sit dignus.

LIBRI tres. Inter eos autem omnes, tres libri de Oratore magis Ciceroni probati sunt, quos accu- re magis ratiū scriperit, pluraque ex Aristotele in se- probati Ci cernō. Aristotele quāmis inter Græcos Ethnicos nemo in rebus inueniens, aut disponendis, Cicero ex aut iudicandis, acrior fuerit: Cicero tamen, vñ foren- quōd & eum legerit, & in causis forensibus ciūscūque Orationis facillimum scripsit, Quod anno huius seculi Octogesimo octavo Lugdu- ni accepimus è p̄lo Ioannis Pillehotte Ty- photographi. Quod sanè artificium, vt vir ille summae erat pietatis, & insignis eruditio-

nis, & vero ob- Brutus, neque Attico in ijs satisfecit, & vero ob

Ep. 3. ad
Lentulum.

De *Gracis ad comparan- dam elo- quariam.* PLATO in Gorgia. ARISTO- RĒLES ad Theodētē. DEMETRIUS Phalereus de Elocu- tionē. De *Longini de cōponētiōnē.* HALCARNAL feus de cōponētiōnē. De *Longinus de cōponētiōnē.* HERMOGENES de For- mis dicen- di. JULIUS Ce- sar Scaliger. QuiNTILIA- NI Decla- mationes.

magnō usui esse potest, cum ad temporis iacturam declinandam; tum, vt quisque sine ambagibus sibi comparet, quid, & quo quidque loco, ac quomodo dicendum sit. Adfecit eo libello artificium Orationis pro Archia Poëta, & aliquarum Orationum in Catilinam, artificiosè contextum, vnde quod Generali artificio tradidit, facilius cernatur.

Nunc, quod ad rem attinet, id sciendum est, plurimos certe fuisse, qui Christiani cūm fuerint, ac de Rhetorica scriperint, non tamen omnes Christiani, neque ad pietatem scripsisse: vt etiam quasi in Labyrintho, mirisq. tricis inuoluerint Iuuentutem, magno Christianæ B

*Pro. 27.
25.*

Cicerorū reipublicæ malo. Persequitur verò hæc fuisus Io. Franciscus Picus in Examine Vanitatis gemitum, cum quæ Sceptici afferebant aduersus reliquas disciplinas, etiam cōtra Rhetoricam intorquebant. Ioannes item Ludouicus Viues cūm agit de causis corruptarum artium, libro Quarto, qui est de corrupta Rhetorica; quod Lectorem amandamus. Sed factum est hoc saeculo, summa Dei misericordia, vt abieci multorum philologorum, ac præcipue rhetororum facibus, quibus exempla, & argumenta aduersus fidem Catholicam insperferant, ad perdendam & Adolescētiā, & Rempublicam; non solum alij, vt Cyprianus Soarez de Rhetorica, Cardinalis Caroli Borromei, Augustinus Valerius, Verona tūm Episcopus, postea & ipse Cardinalis, de Ecclesiastica Rhetorica ad Clericos scriperit tres libros verè Christianos; qui cūm antea essent editi, demum etiam aucti ac locupletati, Romæ prodierunt, anno huius seculi 76. Quos cūm Ciceronis libris Rhetorici diligenter conserue, quām vtile sit futurum, cognoscet ij, quibus tanquam Angelis cura esse debet allegandi homines ad Deum.

CYPRIANVS de Rhetorica. AVGUSTINVS Vale- ri Card. de Retho- rica. Veritatem facilius. Ciceronis libris Rhetorici diligenter conserue, quām vtile sit futurum, cognoscet ij, quibus tanquam Angelis cura esse debet allegandi homines ad Deum.

Eodem autem penè tempore, vt eodem spiritu afflatus, Ludouicus Granatensis, familiæ Dominicanae celeberrimus Theologus, se ad Ecclesiasticam Rhetoricam scribendam dedit; quam item de Arte concionandi inscriberat. Eam cūm Academia Eborense Societatis concionandi, qualem ea ferebant tempora; at sensu cœlesti, ac cuius mica p̄ Mundanarum deliciarum, totiusq. secularis eloquentię montibus, sapere debeat ijs, qui ad iugē ilud coniūniū anhelant, vbi aliquando non esurient, neque sitiunt iterum.

DEVODVICIUS, granatae Granatae, dominicanæ celeberrimus Theologus, se ad Exordio, Narratione, Confirmatione, & alijs partibus orationis Diuinæ agit: stylo quidem dicendi, qualem ea ferebant tempora; at sensu cœlesti, ac cuius mica p̄ Mundanarum deliciarum, totiusq. secularis eloquentię montibus, sapere debeat ijs, qui ad iugē ilud coniūniū anhelant, vbi aliquando non esurient, neque sitiunt iterum.

VIDE itē, pue de Inventione, Dispositione, atque omnia de ratione pronunciatione differit. Et mādo con- quamquam inuentioni, quæ probandi, & am- plificandi materiam continet, tum commun- diximus se cundo, & tum etiam priuatōs, & singulares locos quinto li- asignerūt, communes tamen, vnde ad quæbio Biblio stiones omnes argumenta promuntur, copio- theca. Se- sius declarandos in libris Topicorum Dia- lectis reliquit. Ac cūm de ijs vtiliter (inquit) breuiter, atque dilucide, non ita multo ante Petrus Fonseca Philofophus & Theologus è nostris in Dialecticis Institutionibus egisset, ad eum remittit Rhetoricae studiosos: quan- doquidem (ait) commodissimis exemplis, ex

CVM autem preter istos, Italicè quoque de Rhetorica libros diligenter scripserint BARTHOLOMAEVS Caualcantius, & BARTHOLOMAEVS Nories; vtraque fānē docta, & valde MAEVS Ca- erudita est; At Iasonis distinctis quibusdam IASON Ne- ordinibus, & methodo conscripta, non solum res. Iudicibus, Oratoribus, Legatis, verū etiam B 2 ijs, qui

*Ex ijs, qui de Arte Dicendi scriperunt
Italicè, Iasonem Norem optima
quedam tradidisse, & qua.
Cap. X.*

ijs, qui pro Christo legatione funguntur apud populos, per utilis est. Prodit hēc anno huius seculi octogesimo quarto, Venetijs apud Paulum Meitem, Biblioplam Patavinum. Tertio igitur libro, qui sanè dignus est qui legitur, Artificis & vsum ex dicendi preceptis peris Iaso ostendit in quorundam illustrium Philosophorum, Oratorum, Theologorum orationibus; Platonis primò in eorum laudem, qui pro Patria fortiter pugnantes ceciderunt: Isocratis ad Nicoclem, de obitu, laudeq. Euagorē Regis Cypri eius parentis: B. Augustini in laudem S. Cypriani Martyris, Anniversario huius celebratissimae die (Qua oratione, quantum dicitur encomia Gentium, ab ijs, que ad Christianos, Christiano spiritu habentur, facile certatur) Ciceronis pro M. Marcello ad Cesarem, & ad Senatum: Iasonis ipsius Nores in creatione Sebastiani Veneris Ducis Venetiarum: Ciceronis pro lege Manili populo Romano: Aeschynis, Demadis, & Demosthenis, tum omnium horum ad Athenieses, tum ipsius Demosthenis ad Alexandrum, qui comminatus fuerat Atheniensibus bellum, quod Thebanos ab ipso vicos, in civitate admisissent: M. Portii Catonis pro lege Oppia contra mulierum insolentiam, & sumptus: L. Valerij Trib. Plebis aduersus M. Portium Catonem, ac legem Oppiam, pro Matronis Romanis: Libani Sophistę induentis personam Menelai, qui

A tanquam Græciæ Legatus Troiam nauigauit, vt repeteret Helenam, queq. alia Paris abstulerat: S. Cypriani tempore pestilentie ad populos, ne eam metuerent: Ciceronis pro Q. Ligario ad Cesarem: T. Liuji tribus orationibus, Altera, quam habet nomine Philippi Macedonij Regis, iudicantis inter Perseum maiorem, & Demetrium minorem natu; Altera nomine Persei, fratrem accusantis, quod noctu armata manu se conuenerit interempturus. Tertia nomine Demetrij, crimen abs se depellentis: S. Ioannis Chrysostomi in persona Flaviani Episcopi, ad Theodosium Imp. ad quem B. iuit, veniam pro ijs petitus, qui Imperatoris statuas Antiochiae deiecerant: Isocratis pro Nicia contra Euthinoum.

His ergo orationibus, vbi partes, artemq. monstrauit Iason, facilem, atque excellentem viam muniuit, qua reliquarum omnium, ac precipue Christianorum Patrum eloquentiam indicaret.

Addit utilem introductionem ad tres Rotas Generis Demonstratiui, Deliberatiui, Iudicialis, quas certè ingeniosissime inuentas debuimus etiam ijs indicare, qui vel Latinè hand norunt, vel in Latinum versas (si qui hand facilè hunc librum assequi possent) & ad commodiorem vsum in Tabulas digestas, huc adiaceere. Hę autem sunt.

Tabula Ia
fonis de
Nores vti-
les.

GENERALIS DEMONSTRATIVI

T A B V L A.

1. Vel directe, cum non alio sub praetextu, sed aperte mortuum quenpi laudamus: Quia in re tria facimus:	1. Per amplificationem extollimus mortuam Patriam, nobilitatem, educationem, virtutes.
2. Vel oblique cum per speciem gratiarum actionis, eadem opera aliquem laudamus. Tunc tria persequuntur.	2. Iuniores Defuncti cognatos siademos, vt eius egregia facta imitentur.
3. Vel item oblique, cum per causam gratulationis, simul etiam laudamus aliquem. In quo, tria, praestamus.	3. Seniores Defuncti cognatos consolamur.
	1. Per amplificationem, & comparationem, acceptum beneficium extollimus.
	2. Eam ipsam virtutem commendamus, quam in nos conferendo beneficio adhibuit.
	3. Accepti nos futuros beneficj & memores & gratos pollicemur.
	1. Felicem illi rei exitum gratulamur.
	2. Per amplificationem eius meritum commendamus, & virtutem, cuius beneficio id consequuntur sit.
	3. Deum precamur, vt ad commune Patrię, & familia bonum, id ipsi contingat.

Laudanus	A fortune bonis, Nobilitate, honoribus, dignitate, opib. præclarę in rem collatis.
	A boni corporis, Bona valitudine, forma, viribus, quibus recte vtratur.
	A bonis animi, Prudētia, Fortitudine, Temperantia, Iustitia.
	A testibus decretis publicis, Trophæis, statuis, eius virtuti, honoris ergo positis.
Sumendę probaciones	A locis communibus quos topicos dicunt.
	Amoris affectus & aliorum benevolentia illi concilianda.
	Eius in vnaquaque actione hę circumstantię expendenda —
	Res. Personæ. Locus. Tempus. Ratio. Causa.

Orationum in Generi Demonstrativo tricus tres
habentur enim

GENERALIS

GENERALIS DELIBERATIVI TABVLA.

	Suadendum.	Dissuadendum.	Suasio.	Dissuasio.
1. Bellum, Pax, Inducia, Fœdus,	Quod iniri debeat.	Quod iniri non debeat.	Probanda	
2. Dux Exercitus, Clasis Praefectus,	Quod creandus.	Quod non creandus.		
3. Cittates, & Arces,	Quod munienda.	Quod non munienda.		
4. Traiectio, com-meatius,	Quod concedenda.	Quod non concedenda.		
5. Consuetudo,	Quod introducenda, vel seruanda.	Quod non introducenda, vel seruanda.		
6. Lex,	Quod ferenda, vel vbi firmanda.	Quod non ferenda, vel vbi firmanda.		
7. Meritum	Quod præmio afficiendum.	Quod præmio non afficiendum.		
8. Census, onera, Tributa,	Quod imponenda.	Quod non imponenda.	Amplificanda suasio, vel dissuasio ex circumstantijs.	
			Rei.	
			Personæ.	
			Loci.	
			Temporis.	
			Rationis.	
			Causæ.	

GENERALIS IUDICIALIS TABVLA.

	Accusator.	Defensor.	Accusatoris Intentio.	Defensoris de-pulatio.
Coniecturalis.	Quod accusatio vera. Quod reus causam habuerit. Quod reus voluntatem habuerit. Quod reo fuerit potestas.	Quod accusatio falsa. Quod reus causam non habuerit. Quod reus voluntatem non habuerit. Quod reo non fuerit potestas.		
Qualitatis.	Quod factum iniustum. Quod factum contra æquitatem naturalem. Quod factum contra inueteratum vsum. Quod factum secundum inueteratum vsum.	Quod factum iustum. Quod factum secundum æquitatem naturalem. Quod factum contra inueteratum legem.		
Definitiua.	Quod res tale nomine meretur. Quod res in definitione est comprehensa.	Quod res non meretur. Quod res in definitione non est comprehensa.	Quod res tale nomine non meretur. Quod res in definitione non est comprehensa.	
Quantitatris.	Quod res est in definitione comprehensa. Quod res in descriptione non est comprehensa. Quod res in descriptione non est comprehensa.	Quod res in definitione non est comprehensa.	Quod res non meretur. Quod res in definitione non est comprehensa.	
	Quod res sit tanti momenti.	Quod res non sit tanti momenti.	A comparatione maiorum iniuriarum.	
			Per excusatōnē in-	
			initiarum.	
			Rei.	
			Personæ.	
			Loci.	
			Temporis.	
			Rationis.	
			Causæ.	

Imitatores quida seru-
pulosissimi
mi.

uerius morosos omnino, ne dicam scrupulo-
sissimos imitatores, differuisse. Principio,
bugnare hæc mea in epistola, aut non cohære-
re sibi, videris existimasse. Imitandos esse bo-
nos omnes, & Imitatores vituperandos. Pu-
tasti fortasse, idem esse, imitari simpliciter, ab-
solutèque, & bonos omnes imitari: quare cùm
alterum laudarim, damnam alterum, haud
rectè à me factum, censere queant probati re-
rum estimatores. Sed nulla est rerum, nulla
est pugna verborum: Neque enim illa eadem,
sed diuersa sunt, & ab alterutris longè semota.
quandoquidem cùm omnes bonos dixi, & vnu
etiam quempiam propriè atque signanter ex-
clusi, quem quisquis demum ille fuerit, qui du-
xerit omnino imitandum, & irridetur ab Ho-
ratio, & à Platone condemnatur. Cur igitur
eos laudauerim, quos contempnit antiquitas?

Aemulatio Atquì Maronem emulatorem dixi, qua parte
præstat imi- aemulatio præstat imitationi, tantum abest, vt
tationi. eum inter imitatores collocauerim. Neque
opus fuit, Bembe, vt affirmarem, imitari non
oportere: quando non vsqueaque, nec vnu
quempiam (quod tute ipse arbitrabare) sed bo-
nos omnes dixi nobis proponendos, vt imita-
remur; eis videlicet in rebus, in quibus maximè

In quibus illos excelluisse putabamus: nihil tamen mi-
imitari bo- nus genium inuertendum non iesse penitus, ad-
nos debea monebam, sed dirigidum esse filium oratio-
nem. ad cognitatem animi propensionem, ideamq.

dicendi. Laudau sanè eos, qui ab uno quoque

excerpant sibi id, in quo similes meritò vt eu-
dant, conari debeant: damnui, qui vniuscum-
que illam iuspiam scriptoris næuos, cicatrices, vitia, ex-
ad cogni- cements effingere procurant: quæ ita in cor-
tam animi pore orationis quantumvis eximiae cernuntur,
propensiō- ac humanis perspè corporibus. Potes igitur,
nem.

illius non esse oblitum, Repugnare sibi ipse in-
ter disputandum, fas non esse: & frustrè me ad
repugnare Pauli Cortefij Epistolam abs te fuisse relega-
fibi ipsi in- tum; non propterea solùm, quòd alia est inter
ter dispu- te & me, quam inter illum, & Politianum fuit
tandum.

Iudicium de agens subindicatu, quam Politianum Tullio Cor-
Paulo Cor- lianam scribendi rationem adeptum fuisse.
tesio, & Po qua etiam in re tibi non assentior: quandoquici-
litiano. den potuisse illum existimo, quemcumque
voluisse scriptorem effingere: eiusq. rei ali-
quando præbuit indicia: sed maluit ab erudi-
tis, haberi se hominem, quam aut seruum pe-
cūs, aut simiam.

Imitator Ac similitudo illa parentum, non sit ser-
quam nati referant, parum inuit Cortefium;
vnu pecus, quamquam iuuenem ingeniosum, & bene de-
aut simia litteris merentem. extrinsecus illa tantum-
modo cernitur; nec omnes næuos repræsentat,
nec capillorum, aut vnguium, quæ multi affe-
ctant, contemnenda præsegmina. Suntq. mul-
ti, qui dissimiles parentibus habentur, egregio
tamen colore muniti, & faciem, & membra
præferendo, si non similia, at notæ minimè
deterioris: iudicanturq. se numero non de-
generes, sed longè præstantiores: Vt mittam,

A quòd hæc filiorum erga parentes imitatio, na-
tura cōstat, non arte: vt potior sit illa simiæ
comparatio, quam nati; cùm hic affectatis ge-
sticulationibus, patris vultum, aut corporis
reliqui habitum referre nequaquam possit; il-
la quoquo modo, vel de longinquò hominum:
quorum è numero cùm nequeas omni ex par-
te pulcherrimum, quod effingas, corpus inue-
nire, miror te, pulcherrimum, quod imiteris,
orationis corpus, vno in scriptore prorsus in-
uenisse: quod fieri non posse, tuo ex Cicerone
rescire facilè potuisti. Adde, quòd sublunaria
isthæc, vt etiam tibi antea planè testabar, non
sunt omni ex parte beata: cùm distribuat Na-
ture parens non vni tantum, sed multis sua mu-
nera, & suas vnicuique rei propriasq. virtutes
elargiatur. Ex quo fit, vt pulcherrimum illud,
quod queris, orationis artificium, ipsa in natu-
ra, inq. animo potissimum tibi, vnde eius pro-
xima origo in verba, & litteras deriuatur, sit
indagandum; non autem vna vniuersi spiam
auctoris in pagina. In omnibus potius, aut in
plurimis omnium: quādo vti in vniuerso hoc,
quod oculis cernimus, animantium omnium
habitaculo, varia sunt rerum efficiendarum
sparsæ virtutes, non coactæ vnam in oram; ita
nec vno in auctore, quasi angulo quopiam hu-
mana recipit, integra, & perfecta est norma
loquendi constituta. Cuius quidem rei priori
in epistola multis te admonitionem volui. Sed
quoniā, ea fatis non fuisse deprehendi; quo-
niā iterum dubitas: & quid hec ipsa sit per-
fecta in animo species, idea ve dicendi, curiose
sciscitaris, haud equidē dubitabo, ea de re plu-
ra differere. Et quanquam te ad Ciceronem
relegare possum; nihil tamen minus, & qua-
ipse sentiat, & qua ipse putem, vt omnis tan-
dem à te scrupulus extrudi posset, & tuas hac
de re dissolutas argumentationes agnoscere
queas, fusq. deq. narrare protinus aggrediar.
Quid (ait Cicero) maius, quam cùm tanta sit
inter Oratores bonos dissimilitudo, iudicare,
quæ sit optima species, & quasi figura dicendi
à bono ad optimum dijudicandum, loquendi
difficultas innascitur. Dices fortasse, Bembe,
Quæsi illud ipsum Cicero, deinde inuenit;
& qualenam esset, expresit. At illum ipsum
audi hæc verba promentem. Atque ego in
summo oratore fingendo, talem informabo,
qualis fortasse nemo fuit. non enim quero,
quis fuerit; sed quid sit illud, quo nihil posse
esse præstantius. Fingit igitur Cicero, qualem
nec vidit, nec nouit. At certè vidit in animo.
quod enim singitur ad alicuius imaginis exem-
plar, si nullus extat extrinsecus imago, ad eam
ipsam imaginem, quam mente gerit, qui quis
ille fictor fuerit, id ipsum fabricari necesse est.
Arrige aures, Bembe, & Ciceronis, non meis,
audi verbis, quid ipsa de idea orationis decer-
nendum sit. Ego (inquit) sic statuo, nihil esse
in vlo generi tam pulchri, quo non pulchrius
id sit, vnde illud, vt ex ore aliquo, quasi & ima-
go exprimatur; quod neque oculis, neque au-
ribus neque vlo sensu percipi potest: cogita-
tione

Orationis
artificium
vbi sit in-
dagandum.

DE IDEA
dicendi pul-

A manarent animales, inter eos non satis conue-
nit. Degenerare quidem ipsas, cùm deorsum
imagines exciperentur, plurimorum cōsensu decretum
quomodo ex Ideis

est: adeò vt rationum potius, cùm illaberentur
in animos, quam id earum appellatione di-
gnas existimarent: pro captu etiam, vt varia
excipientium animorum condizione diuersas;
quāquam suo in fonte nullam varietatem pa-
tiantur. Atque hinc potes animaduertere, mi-
nus rectè se habere, quod scripsisti, Xeno-
phonem, Demostenem, Platonem, Ciceronem,
alios in ipso Mundi, ac rerum omnium
auctore Deo, rectè scribendi speciem contem-
platos. Cùm enim inter se diuersissimi &
sint, & habeantur scriptores, aut exemplar di-
uersitatis, aut ipsos imitatores vel omnes, vel
plurimos, siue hebetudinis, siue inertia damp-
naueris; ad eam verius, quam proprijs quis-
que in animis habebat ab ortu natura incul-
ptam, & tanquam inuastim imaginem, respicie-
bant, quæ & corporis temperamentum mode-
rabantur, quod vnuquisque obtinet ab alio di-
uersum. Illud tamen non ignorandum, sublu-
cere ipsa in mente perfectius quoddam simu-
lachrum; quo congenita ipsa, & ex corporeis
fons diffundans dicendi propensio, & ange-
ri posse, & perfici, atque ad excogitatum

speciem imitando referri. Qua ex re percep-
re facilè poteris, cur non vnum aliquem cen-
suerim scriptorem omnium maximum, atque
summum, sed omnes bonos imitari oportere.
Deest enim ille maximus, si perfecto illi, quem
gerimus animo, ipsum committas. Dici enim
non facile posse, quantum is, qui summus ha-
beatur, ipsa collatione decrebat; Ex omni-
bus autem facilius multò perfectio ipsa con-
stituitur: Siquidem propriam vnuquisque bo-
norū, & peculiarem orationis virtutem sor-
titus, non injuria existimatur, sic vt anima
etiam & corpus, à quo illa ipsa penderit oratio;

quæ sanè ab exemplo petenda est, perfecto illo
quidem, non vno aliquo chartis commenda-
to; magis autem ab omnibus bonis, ea, quam
sepè diximus, & nunc, vt eam ipsam inculce-
mus, videtur opus ratione, qua sparsæ scilicet
virtutes ipsæ, & disseminate, adeo vt vnu-
quisque illorum proprium insigne gerat, quod
non sit ei commune cùm ceteris. Tenenda auté
sunt sua cuicunque non vitiosa, sed tamen pro-
pria. ita enim censet Cicero, atque id ipsum
paulò post repetens. Expendere (inquit) ope-
rebit quod quisque habeat sui, idq. moderari,

E nec velle experiri, quam aliena deceant. Id
maximè quæcumque decet, quod est cuius-
me quæcumque suum maximè. Suntne, ita, Bembe, Tulli-
ana verba singula, quæ subiecit, sicuti & alia,
ex alio eius auctoris opere sumpta, & sub oc-
casione posita? Ergo sequi debemus proprium ani-
mi instinctum, & inditam, innatamq. propen-
sionem: deinde varijs aliorum virtutibus vnu-
quisque quasi corpus coagentare. Sic pi-
ctor ille celebratus, populum se dixit habuisse magister.

magistrum: Sic ille alias, quinque, non vnam,
virgines adhibuit ad simulachrum in Crotone-
nis

nis phano pingendum: Quoniam vno in corpore non poterant, quæ excellentem pulchritudinem omnino præsentarent, reperiri. Praxiteles verò cùm vna ex Phryne nudatam, & ex Mari surgentem Venerem effinxit, Cupidinem verò nullo ab animali exemplo, præterquam in affectibus, quibus intus afficiebatur, expresit, fatis dedit intelligi, ex animo magis, quam ex efformata quapiam, & in materiam expressa imagine, posse pulchritudinem effingi, & manifestari: quando Cupidinem ipsum multò excellentissima pulchritudine præstifesse matri, memorie proditum est. Ex animo itaque qui trahunt suo, & qui ex multis aliorum in eloquendo virtutibus vnum quasi corporis eloquentiae conficiunt, ij optimè dicuntur imitari, non furari, aut mendicare; quod ij tantur, non prestant, qui in concerpendis clausulis, & herantur, aut mysticis veteris cuiuspiam auctoris, confessantur, aut medicant.

Quinā op-
time imitari, non furari, aut mendicare; quod ij
autem fu-
runtur, aut
medicant.
Vis oratio
nisi conciliatrix est humanae societatis, semper erit ex commentario petenda? O vanitatē operosissimam, & seruitutem incomparabilem hominum, instar aurium caueis inclusarum, quæ voces humanas, & nullas, nisi quibus identidem ferula etiam magisterio affuerint, reddere nequeunt. Ac sanè M. Tullij de Imitatione definitio, quam atrulisti, nobis abundè suffragatur, tantum abest vt refra- getur, aut noceat. Nam aliquorum similes esse oportere docuit, qui imitarentur, nota alicuius: Id autem est, imitari virtutes, virtia relinquare: Similis enim potest quispiam esse Ciceronis in facilitate, & perspicuitate, & maiestate; Cæfaris, in elegantiâ verborum, & candore; Salustij, in breuitate, & sententiâ grauitate; Columellæ, in ornamentis; Celsi, in nitore; Plinij, in lenitate: Idemq. poterit elubbe illud, quod redundans & Asianum, si quod tamen est, at certè antiqui & magni Auctores ita sensere, in Cicerone damnatum effugere; eiusdem auctoris repetitiones nimias declinare; cauere à siccitate Cornelij; à nimis Columellæ floribus, à neglectu Cæfaris; ab obsoletis, & Catonianis Salustij verbis abstinere. Neque enim tua illa recipio, imitatores cuiuspiam auctoris, totam eius styli faciem exprimere oportere. quod si nœui illam infuscarint, quid erit causa, vt nequeant lucem pro tenebris reponere? si etiam vulnera malas, aut nasum deformarint, frontem, aut oculos nequeam imitari? quasi aperta Lace- na, & operta Thespia non potuerit Apelles dumtaxat exprimere, aut Lampetæ, supercilia tantum, aut aliqua solū ex ijs, quæ apud Philoxenum laudauit Cyclops in Galatea? po-

Ciceronis
definitio
de imita-
tione.
Iudicium
de stylo
Ciceronis.
Cæfaris.
Salustij.
Columel-
lae.
Celsi.
Plinij.
Cornelij.
Catoni.

A terit inquam id præstare is, qui ita erit animo affectus, vt quod est viuis cuiusque optimum & experiarur, & agnoscat in se, vt id tandem sequatur, & ab eo, quod illi est aduersum, penitus abhorreat. Neque enim eum, qui huic obeundo muneri sit aptus, volo, vt mentis emota, vt obliuiosus, vt tardus sit; sed perspiciac ingenio, memoria tenaci, solertia præterea, & industria non mediocri: Neque etiam volo, vt ex hoc, & ex illo quidquam decerpatur; vt ex modis loquendi dissimilibus ita orationem, tanquam ex diuersis pannis centonem consuat: sed vt conflentur omnia, ex ijsq. ipsius tua propria phrasis, quæ nulla sit eorum, præclarâ illa, tamen, & digna laude coalescat: atque ita instar apum, diuersis ex floribus, non ipsos exprimes flores, sed dulcissimum illud aut Hymetium, aut Hyblæum mel coagmentum. Atque hæc quidem satis (vt puto) futura sunt, pro refutandis ijs, quibus nostra de multorum Imitatione & Idea animi propria, reiçebas: Respondi enim ad Epicheremata omnia, quanquam singulis non eodem modo. Nunc, quod neminem vnum (quod tamen tu Neminem conducere existimas) imitari oporteat, & de vnum extuo inter imitandum instituto verba faciam. Pedit imitari.

CImitari nos vnum quempiam omnibus in rebus, & modis scriptorem, nec debere, nec posse, prioribus litteris patefactum existimabam: atque ex ijs, quæ haec tenus disputauimus, opinor abundè confirmari potuisse: sed minute tractanda res est, & exemplis etiam (vt arbitror) munienda. Si nullum tuum iudicium, Bembe, in scribendo sequare, sed auctoritatâ cuiuspiam auctoris omnibus in rebus pareas, quid tandem ex ipsa tua imitatione conficies? Similis, dices, iam. At quonam pacto? Imitabor, inquit, omnia, quoad similis euasero. Sed si prorsus eadem non dixeris, & eodem modo, eisdem verbis, figuris, lineamentis, numeris, dissimilis & eris, & iudicaberis: Atque hac ratione imitator non fueris: quoniam talis, nisi à proposito recedas, esse non potes, nisi similis euaseris. Sin autem ea omnia præsteris, similem tute ipsum fortasse factum arbitraberis; alij, vel illum quem imitaris, non te, qualem vis haberi, esse decernent, aut furē, aut merum exscriptorem iudicabunt. An ignoras, proditum memoria, Criticum illum Aristophanē, consensu docti illius catus, ad Philadelphia litterarum certamen congregatū, eum damnasse furti, qui materiam ex se se non fabricasset orationis, hoc est non propria vñus esset inuentio? Quid putas, futurum vñus se, si alicuius auctoris cæsa, & membra furto, futilis? Tantum præsa illa atas monebat studiosos litterarum, vt homines tandem vellet se esse, non simias: quod subsecuta fæcula custodisse, illud sit indicio, quod & Terentius à furis nomine maximopere abhorruit; & Manlius gloriatus est, se se non furtum, sed opus editurum; vt qui neminem vnum sequeretur: quasi facit doceret, imitatores nimios, à furibus nihil omnino differre. Dices, non esse necessa-

Scriptor
fuiti dam-
natus.

necessarium ut nos aliorum inuentio, vt similes habeamus ijs, quos duximus imitando; sed opus esse nostram, qualisunque ea fuerit, veterum nominibus, tropis, numeris, clausulis, periodis, tanquam proprium corpus, panano, peregrinatq. coloribus circumuestire: Sed laruæ, simulachra, & euanidae vñbræ potius quam homines dicentur, ijs similes quos cupiunt repræsentare: Decrit enim viuidum robur, & spiritus. Atqui prioribus in litteris ostendimus, inuentio, qua tanquam materia orationis & est, & habetur; & dispositionem, qua illi aptetur; & elocationem, quæ vtrisque conueniat; sequi oportere: Si secus fiat, risus non demiratio excitabitur: quemadmodum fieri quandoque assolet, quum pictores quidam postrem ordinis, nec symmetriae vñllus, nec colorum, nec vñbrarum mores, extrema quedam linea menta ducunt, præclaris pictoribus forte similia; actutumq. autumant, se illos probè fuisse imitatos: sed euenit ut suis, quas pinxerint, imaginibus postea nomen incribant eius ipsius, quod repræsentare cupiebant, animalis: alioqui, quidnam effent moliti, haudquaquam internoscetur. Quod si paulò etiam eruditiores fuerint, ni tamen ex animo id ipsum prompserint simulachri, quale aucto[r] ille prompsit, quem imitantur, neutiquam similes futuri sunt, etiam si omnem operam, curam, omnem denique diligentiam posuerint in imitando. Est id ipsum fæpnumero videre in curiosis imitatoribus, qui scribendo cum nequeant quem maximè vellet, imitari, similes se tamen haberi, & cupiunt, & dicunt, non minus & amantes, & admirantes sua, quām suos Delphini filios. Ac memini, olim me ho[m]p]itio ad multos menes quandam excepsisse virum, doctum alioqui, nec malorum, vt videbatur, morum, sed tanta in effigendo Cicerone cura, ne insaniam dixerim, laborabat, vt semetip[s]e dum quod volebat, omnino non posset assequi; penè cruciaret: quapropter fæpè, quæ componuerat, dum recitaret, vt quife filium esse non nosset, exclamabat identidem, repetebatque: Audi-

CPeruer-
te Simiam Ciceronis. Fit etiam quandoque, tur, quod vt vel vnum tantum ex multis detur assequi, & est maxi- id quod propriè, maximèq. imitandum effet, me imitan- perueratur. Quod olim à discipulo quodam Apellis factum, me legisse memini. Nam quum magistrum imitaretur in Helena pingenda, ac simulachrum gemmis, margaritis, auro, purpura referisset, Helena pulchritudinem sibi ipsi expressissime videbatur: non ita tamen vim Apelli, qui diuine cultu pulchritudinem imitandam admonuit. Hoc ne aliud, quam manum, & colores non conuenisse cum animo, cui iudicandæ pulchritudinis, & arbitrii, & potestas? An putas, Bembe, vlos nostri tem in dicendo poris Ciceroni fore in loquendo similes, nisi futuros si in intelligendo etiam similes fuerint? Sanè Au miles, qui gustinus eos non probat, qui linguam Ciceronis tantum, non peccus admiratur: vt qui pro-

Animi, au-
tumq. iu-
dicium.

Varijs cor-
poris parti-
bus varijs
amictus ef-
fus.

dos.

Ciceroni & potestas? An putas, Bembe, vlos nostri tem in dicendo poris Ciceroni fore in loquendo similes, nisi futuros si in intelligendo etiam similes fuerint? Sanè Au miles, qui gustinus eos non probat, qui linguam Ciceronis tantum, non peccus admiratur: vt qui pro-

C puni,

pum, & Pyrgotelem excitasse ab inferis, vt tibi non vestes, sed corpus Ciceronis, repræsentent. vbi enim magni illi artifices tibi vel penicillo, vel calo, vel arte fusoria imaginē eius ipsius sub oculos posuerint, suo ipsorum erunt officio perfuncti, pīctus tamen ille, vel marmoreus, vel æreus Cicero fuerit, non carneus. Do etiam aliquid plus, carnem, quæ fuerit Ciceronis affequantur imitando: at animum, at spiritum, quibus illa informabitur? Num igitur verus ille solum habendus Cicero, qui scilicet formam orationis concipiebat animo, & viuidum robur adiiciebat, & gratiam, mox huiuscmodi omnes promebat animi motus, interprete lingua? Oportet itaque gerere animo conceptus Ciceronis: esse præterea instrumentos rerum multarum, & magnarum doctrina, & experimentis eos, qui se existimant, viuam linguam Ciceronis esse consecutos: ne si Tulliano careant spiritu, eos Cato nuncupet Mortuaria glossaria. Dices fortasse, te verba glossaria, primum obseruatur, inde numeros, & linea menta, structuramq. omnem, nihilq. ipsius quod non sit etiam allatum à Cicero, nec alijs omnino loqui de rebus velle, quād Quid sit fu de ijs, de quibus ipse differuit. Hoc furari erit, rari, non imitari. Hoc Aristophanes ille imitari. non ferret, tantum abest vt probaret, quando Iudicium etiam vt poena afficeretur, censuit, qui, qua alij dixissent suis in lucubrationibus, ipse rebus quibus tulerit; idq. eius iudicium totius penè Græcia, quæ cum maximè littoris florere credebatur, consensu publico est approbatum. Venio ad imitandi rationem, quam te ipsi tibi proposituisse dicis Ciceronem prosa oratione, versus Virgilium; & quam tibi dediscere, & abo leri ex animo phrasim, perdifficile fuerit, quæ ex fontibus auctorum secundi ordinis imbiberas, vt quæ impedimento esset hairiendæ celebrati simorum auctorum elocutioni: nequa quam enim tibi rem futuram cum ijs, qui se neminem imitari profiterentur; quoniam scribendo parum admodum profecisse tibi vide rentur; & cum suis libris, atque scriptis planè intuisos, ac despiciens iacere. Ego quidem, ni te viderem, Bembe, tam Ciceroni addictū, quād qui maximè; & in eius nō solū verba (quod dici afflo) iurare, sed apices etiam litterarum, & puncta, quibus interstringitur lectio, tanquam in arcans custodiare; conarer in id, vti docerem, fieri non posse, vt sis omnino similis Ciceroni. Hoc enim aperit ratio Naturæ, quam ars imitatur, quæ eadem omnino esse non potest, vbi est natura ipsius in temperamento diuersitas. Hoc dicitat Idea, siue species ipsa dicendi, qua ita sese habet, vt numerus (auctore Aristotele) qui vel additione, vel subtractione vniuersitatis tam variat, vt sine villa auctoritate, quilibet etiam è medio possit videre id ipsum esse τὸν ἀνθεῖον: Quod si dixeris, te ex imitatione, si non similem, propinquum tamen aliqua ex parte fieri; Ipse quidem tibi vt gratulabor, quod imitando

A profeceris, atque inter imitatores, quando ista voluisti, egregium tibi locum vindicaueris: ita tamen non assentiar, solum Ciceronem, quanquam eximius ille, & extra omnem in dicendo aleam haberet prosa oratione, sic numeris omnibus consummatum, vt despectis ceteris, is nobis omnino sit proponendus, in quem nostra studia, & cogitationes diriganus: Seligenda potius ea, in quibus eminet, & ascendi ceteri sunt, qui quanquam aliqua re inferiores, præstare tamen alijs in rebus existimantur: Quod non solum ijs, quibus vñi sumus, rationibus tueri possumus, sed exemplo B veterum omnium boni nominis scriptorum, qui non illum vnum, sed multis potius imitati sunt, & seipso in primis fecuti, hoc est propriam animi Ideam, propensionemq. dicendi: Qua de re priori in epistola, longo quadam discursu, fecimus mentionem. Quorum exemplum fecuti sunt nostra tempestate plurimi, inter quos Hermolaus Barbarus concilius tuus, Iohannes Picus patruus meus, Angelus Politianus, & qui ijs ætate anteibat Theodorus Thessalonicensis. Magnos hosce viros fuisse, nec tu negaueris, nec vllus, arbitror, qui inter viros bonos, & de litteris bene au dientes locum obtinuerit. Eorumne aliquis te quoq. Bembe, Ciceronem est imitatus figura dicendi? De Hermolao id afferre non potes, qui sese totum Plinius addixit, Theodori sectator, qui in transferendo Aristotele, & Theophrasto, Plini, Celsi, Columella delegatus est charactere, eis auctoriis, quos interpretabatur, consentaneo. Verbis sanè quibusdam Ciceronis vtitur, at non phras: alio si satis ei non fuisse, quantum chartarum, aut in Piceno, aut in ripis Benæci decennio conficitur: & si quando aut epistolas scribit, aut in vertendis auctoriis Græcis, & Latio D inferendis proœmiatur, dici iure non potest Ciceronis affecta. Patrui stylus (vt de incomparabili ingenio, & doctrina fileam) Ciceroni magis accedit, quam Plinio: sed proprium quiddam, & peculiare præ se fert. Po Stylus Politianus varius in dicendo, vt qui diuersos litiani. Stylus Io. Picti:

Ciceronem, quanquam eximius ille, & extra omnem in dicendo aleam haberet prosa oratione, sic numeris omnibus consummatum, vt despectis ceteris, is nobis omnino sit proponendus, in quem nostra studia, & cogitationes diriganus: Seligenda potius ea, in quibus eminet, & ascendi ceteri sunt, qui quanquam aliqua re inferiores, præstare tamen alijs in rebus existimantur: Quod non solum ijs, quibus vñi sumus, rationibus tueri possumus, sed exemplo B veterum omnium boni nominis scriptorum, qui non illum vnum, sed multis potius imitati sunt, & seipso in primis fecuti, hoc est propriam animi Ideam, propensionemq. dicendi: Qua de re priori in epistola, longo quadam discursu, fecimus mentionem. Quorum exemplum fecuti sunt nostra tempestate plurimi, inter quos Hermolaus Barbarus concilius tuus, Iohannes Picus patruus meus, Angelus Politianus, & qui ijs ætate anteibat Theodorus Thessalonicensis. Magnos hosce viros fuisse, nec tu negaueris, nec vllus, arbitror, qui inter viros bonos, & de litteris bene au dientes locum obtinuerit. Eorumne aliquis te quoq. Bembe, Ciceronem est imitatus figura dicendi? De Hermolao id afferre non potes, qui sese totum Plinius addixit, Theodori sectator, qui in transferendo Aristotele, & Theophrasto, Plini, Celsi, Columella delegatus est charactere, eis auctoriis, quos interpretabatur, consentaneo. Verbis sanè quibusdam Ciceronis vtitur, at non phras: alio si satis ei non fuisse, quantum chartarum, aut in Piceno, aut in ripis Benæci decennio conficitur: & si quando aut epistolas scribit, aut in vertendis auctoriis Græcis, & Latio D inferendis proœmiatur, dici iure non potest Ciceronis affecta. Patrui stylus (vt de incomparabili ingenio, & doctrina fileam) Ciceroni magis accedit, quam Plinio: sed proprium quiddam, & peculiare præ se fert. Po Stylus Politianus varius in dicendo, vt qui diuersos litiani. Stylus Io. Picti:

Quenā imitatio maxi cetera sunt, qui qui quanquam re latum imitandum. A cu nec iustum triduum impendi, boni consulas, quæso. Neque enim egi, vt qui quartanam laudant, aut qui scribunt Encomia Theristæ, & Bombylos Panegyricis persequuntur: Scilicet, putasne, tempus mihi superesse ad exercendum ingenium, quod vix possum tueri, ne tot molestiarum, quibus premor, molibus plane succumbat? putasne præterea, me non ex animo locutum, sed ad ostentationem potius: vt qui nolim cum alijs conuenire? Vera loquor; aut, si decipior, falsi tamet me scribere non putasne existimes, velim; & libertate potius ingenii dictum, quam seruitute. Illa enim ipsa libertate fretus, philosophorum etiam, qui maximi fuerunt nostra ætate, non probare doctrinam sèpenerò soleo, vt qui Réligionis nostræ res tam ratas, certasque habeam, vt nihil certius existimem: hominum vero sensibus, propriaq. industria nitentium doctrinas, & placita tam probem, quam sepe mihi aut vera offerunt, aut veri omnino similia. Vale.

„Inanes sine mente soni, nugeq. canore? Propterea censui, me meis in scriptis, vt in omni vita, res magis, quam verba præstare oportere; maioremq. omnino vim impendere in dirigendis ad normam vera religionis animi affectibus, quam in oratione ad Ciceronis amissim lineanda: vt illo esse videatur fine terminanda. Atque haec tenus de nostra controvrsia, quam augere potius viderer potuisse, quam minuere, si quæ à Græcis Rhetoribus quibusdam, & nonnullis Latinis afferuntur, euentialias. sed nostra, quam aliena, ad præfens attulisse forte præstiterit. Tu autem amicè potius, quam ele ganter scriptam epistolam contemplatus,

CICERONI'S EDITIO EDITIONATOR

& Interpretes in eum aliquot. Cap. XV.

- M.** Tullij Ciceronis Historia, per Consules descripta, & in annos 64. distincta per Franscicum Fabritium Marcoduranum, ab anno post Romanam conditam 647. ante CHRISTUM natum 103. usque ad annum Vrbis 720. **TOM. I.**
Rhetoricorum incerti Auctori libri Quattuor, Ciceronis de Inuentione libri Duo, cum Commentarijs M. Fabij Victorini. **Veneris**
Topica cum Commentario Anicij Manilij Seuerini Boëtij, & Petri Vellij Gueuaræ. **apud Al-**
Partitiones Oratoriae, cum Commentario M. Antonij Maioragij. **dum anno**
* De Oratore cum Commentario Audomari Talæi. **1583.**
Brutus, siue de Claris Oratoribus. } cum Commen. Victoris Pisani. **TOM. II.**
Orator. De optimo genere Oratorum, cum Commen. Ioannis Antonij Viperani. **TOM. III.**
Epistolarum ad M. Brutum lib. 1. } cum Pauli Manutij Commentarij. **IV. V.**
Epistolarum ad Q. Fratrem lib. 3. } cum Pauli Manutij Commentarij. **TOM. VI.**
* Academicarum quæstionum editionis primæ liber secundus, qui inscribitur Lucullus. } cum Aldi Manutij Commen-
Academicarum quæstionum editionis secundæ liber primus. } taris. **TOM. VII.**
De Finibus libri Quinque. Tusculanarum disputationum libri Quinque. **TOM. VIII.**
* De Natura Deorum libri Tres. **TOM. IX.**
De Diuinatione libri Duo. **TOM. X.**
De Fato liber. **TOM. XI.**
De Legibus libri Tres. **TOM. XII.**
De Vniuersitate, ex Timæo Platonis Liber. **TOM. XIII.**
Arati versus à M. Tullio Cicerone conuersi. Et vbi aliquot in locis, iniuria temporis, Ciceronis versus amissi desiderantur, ij additi sunt ex Virgilio, Germanico Cæfare, Rufo Anieno, qui antea conuerterant. **TOM. XIV.**
